

PROPRIO DE LA MISA SAN SIMÓN Y SAN JUDAS

Apóstoles

28 de Octubre - Fiesta clase 2.^a - Rojo

Salmo 131.17,1-2 INTROITO

MIHI autem nimis honorāti sunt amici tui, Deus: nimis confortātus est principātus eórum. *Ps.* Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectionem meam. *Ÿ.* Gloria Patri.

Veo Señor, que honras grandemente a tus amigos; excelso sobremanera es su poder. Salmo. Tú, Señor, lo sabes todo respecto de mí; la hora de mí muerte y la de mí resurrección. *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Judam, ad agnitió-nem tui nóminis venire tribuísti: da nobis eórum glóriam sempiternam et proficiendo celebrare, et celebrando proficere. Per Dominum.

¡Oh Dios! que nos has concedido la gracia de llegar al conocimiento de tu nombre por medio de tus santos apóstoles Simón y Judas; haz que celebremos su gloria eterna, adelantando en la virtud, y que adelantemos en la virtud cada vez que la celebremos. Por nuestro Señor Jesucristo.

Efesios 4: 7-13 EPÍSTOLA

FRATRES: Unicuíque nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum, captívam duxit captivitatem: dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferiôres partes terræ? Qui descéndit, ipse est qui et ascéndit super omnes cælos, ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem prophétas, álios vero evangelístas, álios autem pastôres, et doctôres, ad consummatiônem sanctórum in opus ministérii, in ædificatióne corporis Christi: donec occurrámus omnes in unitatem fidei, et agnitiónis Filii Dei, in virum perféctum, in mensúram ætátis plenitudinis Christi.

Hermanos: A cada uno de nosotros le ha sido concedida la gracia a la medida de los dones de Cristo. Por eso dice: Subiendo a la altura, llevó cautivos y repartió dones a los hombres. ¿Qué quiere decir "subió" sino que también bajó a las regiones inferiores de la tierra? Éste que bajó es el mismo que subió por encima de todos los cielos, para llenar el universo. Él mismo dispuso que unos fueran apóstoles; otros, profetas; otros, evangelizadores; otros, pastores y maestros, para la adecuada organización de los santos en las funciones del ministerio, para edificación del cuerpo de Cristo, hasta que lleguemos todos a la unidad de la fe y del conocimiento del Hijo de Dios, al estado de hombre perfecto, a la plena madurez de Cristo.

Salmo 44.17-18 GRADUAL

CONSTITUES eos príncipes super omnem terram: memores erunt nóminis tui, Dómine. *V.* Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: propterea pópuli confitebúntur tibi.

Los constituirás príncipes sobre toda la tierra; ellos perpetuarán, Señor, la memoria de tu nombre. *V.* Hijos te han nacido que tomarán et lugar de tus padres y te alabarán los pueblos.

Salmo 138.17 ALELUYA

ALLELÚIA, allelúia. *V.* Te gloriosus Apostolorum chorus laudat, Dómine. Allelúia.

Aleluya, aleluya. *V.* Cuán grande es, ¡Oh Dios!, la gloria de tus amigos; sumamente poderoso es su imperio. Aleluya.

Juan 15.17-25 EVANGELIO

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hæc mando vobis, ut diligátis invicem. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio hábuit. Si de mundo fuissétis: mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermónis mei, quem ego dixit vobis: Non est servus major dómno suo. Si me persecúti sunt, et vos persecúntur: si sermónem meum servavérunt, et vestrum servábunt. Sed hæc ómnia fácient vobis propter nomen meum: quia nésciunt eum, qui misit me. Si non venissem, et locútus fuíssem eis, peccátum non habérent: nunc autem excusatióne non habent de peccáto suo. Qui me odit: et Patrem Meum odit. Si ópera non fecíssem in eis, quæ nemo álius fecit, peccátum non habérent: nunc autem et vidérunt, et odérunt et me, et Patrem meum. Sed ut adimpleátur sermo, qui in lege eórum scriptus est: Quia odio habuérent me gratis.

En aquel tiempo dijo Jesús a sus discípulos: Lo que os mando es que os améis los unos a los otros. Si el mundo os aborrece, sabed que primero que a vosotros me ha aborrecido a mí. Si fueseis del mundo, el mundo os amaría como a cosy suya; más como no sois del mundo, sino que, eligiéndoo, os he sacado del mundo, por eso os aborrece et mundo. Acordaos de la palabra que os dije: No es el siervo mayor que su Señor. Si a mí me han perseguido, también os perseguirán a vosotros y si han guardado mí palabra, también la vuestra guardarán. Pero todo eso lo harán con vosotros por causa de mi nombre; porque no conocen al que me ha enviado. Si yo no hubiese venido y no les hubiera hablado, no tendrían pecado ; más ahora no tienen excusa de su pecado. El que me aborrece, aborrece también a mi Padre. Si yo no hubiera hecho entre ellos obras como ningún otro ha hecho, no tendrían culpa más ahora ellos las han visto y me aborrecen, a mí y a mi Padre. Por donde se viene a cumplir la palabra escrita en en su Ley : Me han aborrecido sin razón.

Salmo 18.5 OFERTORIO

IN omnem terram exívit sonus eórum: et in fines orbis terræ verba eórum.

Su voz se propaga por toda la tierra, y sus palabras hanta en los confines del orbe.

SECRETA

GLÓRIAM, Dómine, sanctorum Apostolorum tuorum Simónis et Judæ perpétuam veneránte: quæsumus; ut eam, sacris mystériis expiáti, dignius celebrémus. Per Dominum.

Al celebrar, Señor, la gloria eterna de tus santos apóstoles Simón y Judas, te suplicamos nos purifiques por estos sagrados misterios, para que más dignamente la celebremos. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFACIO DE LOS APÓSTLES

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarius eidem contulisti præsse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cœlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, suplicarte humildemente, Señor, que no desampares, Pastor eterno, tu rebaño, sino que, por tus santos apóstoles, le guardes con tu continua protección, a fin de que le gobiernen los mismos jefes que has establecido por pastures suyos. Y por eso, con los Ángeles y los Arcángeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial, cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar:

Mateo 19.28

VOS, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel.

COMUNIÓN

Vosotros, que me habéis seguido, os sentaréis sobre tronos, para juzgar las dote tribus de Israel.

POSCOMUNIÓN

PERCÉPTIS, Dómine, sacramentis, suppliciter exorámus; ut, intercedéntibus beátis Apóstolis tuis Simóne et Juda, quæ pro illórum veneránda gérimus passióne, nobis proficiant ad medélam. Per Dominum.

Habiendo participado, Señor, de estos sacramentos, te suplicamos humildemente que, por la intercesión de los santos apóstoles Simón y Judas, sirva para nuestra curación este sacrificio que hemos ofrecido para honrar su martirio. Por nuestro Señor.